



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Prima Duo Sæcula Complectens

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 13322648**

§. 5. Electio Diaconorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

Sæculum I.

A. C. 34.

*Oportet Deo obedire magis, quam hominibus: cœperuntque asserere JEsum esse Salvatorem. Jamque Judæi superante rabie cogitabant eos interficere; sed unus legis peritorum venerabilis, Gamaliel nomine, aliud suasit dicens: Si hæc molitio ab hominibus est, dissipabitur, si a Deo, non poteritis resistere. Placuit consilium, ita ut Apostolos dimitterent, sed flagellatos, addito iterum præcepto ne de Nominе JEsu quidquam loquerentur. Iverunt Apostoli gaudentes, quod digni fuerint inventi pro hoc Nomine contumeliam sustinere. Nec cessarunt singulis diebus in templo, & per domos docere.*

## §. V.

*Electio Diaconorum.*

**D**iscipuli in dies augebantur, inter quos non modicus Sacrificatorum numerus. Tot inter fideles multi erant Hellenistæ, seu Judæi in Græcia nati linguam Syriacam ignorantes, qua utebantur Palæstini, Græcæ solius gnari. Hi quereruntur, in distributionibus ordinariis eorum viduas sperni. Igitur Apostoli, fiducium multitudine convocata, dixerunt: *Æquum non est, ut derelinquamus verbum Dei, & serviamus mensis, sed septem viros bonæ famæ, plenos Spiritu S. & sapientia ex vobis eligit, quos huic operi præfi-*

Act. 6. 7.

Act. 6. 1.

Sæculum I.  
A. C. 34.

*præficiamus, nos vero orationi, & Ministerio verbi vacabimus.* Tunc electi Stephanus, Philippus, Prochorus, Nicanor, Timon, Parmenas, & Nicolaus Proselytus Antiochenus. Omnia nomina græca sunt, eosque omnes fuisse Hellenistas credibile. Hi Apostolis oblati sunt, qui orantes imposuerunt eis manus. Hic habemus primos Diaconos. Ipsorum curæ demandatum, alere pauperes, & in Ecclesia, ubi tum omnia erant communia, cuiuslibet sustentationi necessaria distribuerre. Insuper eorum erat mensæ sacræ inservire, seu Eucharistiæ administrationi. Nec non oblata occasione Evangelium prædicabant.

*Euseb. Chron. ann. 34.* Tunc creditur Apostolus Jacobus, frater Domini, utpote IESU Christi constitutus. Dicebatur

*Id. L. II. hyst. c. 1.* gnatus, Alphæi filius, & Mariæ Beatissimæ Virginis sororis. Petrus, & duo filii Zebedæi Jacobus, & Joannes eum in Episcopum crearunt, omni deposita æmulatione, nec alicujus inter cæteros eminentiæ, cujus tot testimonia a Domino

*Epiph. hær. 29. n. 4.* acceperant, avidi. Ajunt ejus frontem in *Hier. de Script. in Jac.* Dignitatis signum auri lamina ornatam.

*S. Jacobus Jerosolymo- rum Episco- pus.* Sanctus fuit, id est, ab utero matris Deo sacer; nunquam babit vinum, nec carnes manducavit; semper a novacula intactus, nec balneo, nec unguento aliquando usus;

usus; quod magna certe austeritas in re- Sæculum I.  
gione calida. Soli licebat sanctuarium A. C. 34.  
intrare, nunquam lanea, sed linea ueste Hegeſip. 5.  
tecto. Inveniebatur in templo genufle- hift. ap. Euf.  
xus pro populo deprecans, ita ut ex ora- II. hift. c. 23.  
tionis protractione genua ejus, ut came-  
li, obcalluerint. Ob virtutis excellen-  
tiam justus dictus est, Syriace *oblia*, id  
est, agger populi; seu potius *ophlia*, quod  
est Dei munimentum. Gubernavit Ec-  
clesiam Jerosolymitanam viginti novem  
annis.

## §. VI.

*Martyrium S. Stephani.*

S. Stephanus, Diaconorum primus, ple- Martyrium  
nus gratia, & fortitudine edebat ma- S. Stephani.  
gna miracula, libere prædicans JEsum Att. 6. 8.  
Christum. Ideo quidam Judaorum ex  
provinciis insurrexerunt in eum. Erant  
quidam eorum libertini, quod est, ex ser-  
vitute manumissi; nam tales a Roma-  
nis in Italiam servi abducti fuerant, po- Jos. cont.  
stea libertate donati. Erant aliqui Cyre- App. l. 2.  
næi, illorum nempe posteritas, quos Pto- p. 1603.  
lomæorum primus in illam Africæ partem  
transtulerat, aliqui denique ex Alexan-  
dria, ex Cilicia, & Asia. Cum S. Stephe-  
no resistere disputando non possent; fal-  
sos testes excitarunt, qui eum blasphem-  
ia in Moysen, & Deum accusarent;  
dixisse